

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Fridericus Crusius

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Prima, Quod Sit Deus**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756640148>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Bucerius, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantzat, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

1.

Disputationum DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ, *EX P. MORNÆI, DE* *E A D E M L I B R O,*

Prima, QVOD SIT DEVS.

Quam
DEO DVCE ET AVSPICE,
PRAE SIDE
EILHARDO LVBINO,

Defendere conabitur
FRIDERICVS CRVSIUS,
Oldenburgenſis,

In privato collegio, horā & loco consueto.

*Casp. Montzel
1723.*



ROSTOCHII
Apud Christoph. Reusnerum M. D. C. I.





Z Y N Θ E Ω,
Disputatio Prima,
Q V O D S I T
D E V S.

I.



Vemadmodum, An sit Deus, quærere & ambigere, homine indignum est; Ita, Deum esse, per rationes demonstrare, ridiculum & otiosum esse forte merito censeatur.

II.

Quod enim Deus est, in Mundo, & Homine, omnibusque ejus partibus etiam minutissimis adeo evidenter patet, ut qui dubitet ratione pariter & sensu carere jure judicetur; qui autem demonstrare velit ridiculus sit, ut qui clarâ meridiei luce soli demonstrando faculam præferat.

III.

Et hæc tamen tam evidenter demonstrari multorum cæca impietas postulat, qui & DEI, & sui sunt oblieti.

IV.

Principio admirabilis in mundo rerum subordi-

natio & proportio sine numine introduci & conservari non potuit.

V.

Nimirum ubi vastissimum cælum, cum ingenti-
bus sideribus terræ exiguo quasi universi puncto
inferyunt.

VI.

Vbi vasta elementa, quæ solummodo essentiam
habent, plantis exiguis quæ sunt & vivunt, plantæ
animalibus, quæ sunt vivunt & sentiunt, animalia
hominibus, qui sunt, vivunt, sentiunt & intelligunt,
magna scilicet minoribus inserviunt, & maxima
minimis, minima maximis indulta sunt.

VII.

Deinde cum omnia mundana, quæ in tempore,
& motu sunt, æterna esse non possint, & ob id ali-
quando non, & nihil fuerint, & aliquando cæperint;
necessæ est illa per infinitam quandam potentiam,
quam Deum vocamus, ex nihilo in esse fuisse pro-
ducta.

VIII.

Admirabilis in mundo Harmonia & concordia,
ex diversis, imò contrarijs, in simplicibus elementis,
& corporibus ex ijsdem compositis, ex calido frigi-
do, humido sicco, amaro dulci, levi gravi, albo ni-
gro, bono denique & malo, ex quorum admirandâ
temperie universum hoc divinitus temperatum est,
sine rege & duce fieri & conservari non potuit.

IX.

In cælo varij, diversi, inæquales, imo contrarij,
& ta-

& tamen singuli in se certi, definiti, & constantes motus orbium, stellarum fixarum, & planetarum deducunt nos ad immobilem, constantem, & sibi semper similem motorem primum.

X.

In terrâ stirpes & animalia vitâ & sensu prædicta, singulaq; in suo genere perfectissima & absolutissima, neque ab Elementis quæ vitâ & sensu carent, neq; à Sole, &c. fieri potuerunt. Ergo à caussâ aliquâ excellentiore Deo producta sunt.

X I.

Quid? quod herbarum aliæ nutriant, aut mendicantur, aliæ venenatæ sua remedia in vicinis herbis inveniant. Animalium, alia mansueta homini præsto sint, victum & amictum, & varia servitia præbeant, alia fera & noxia in avijs procul ab homine degant. Quod Dei providentiam manifeste declarat.

XII.

Porro in admirandâ rerum connexione & cohaerentiâ videmus alia aliorum caussâ facta esse. Jam verò æterna, & ex se genita non ultrò aliorum servitutem subiçsent. Cumque finis ad finem destinatis rebus semper prior sit, nulla ibi est æternitas, quæ prius & posterius non agnoscit.

XIII.

Admirabile etiam humani corporis artificium, in quo singulæ partes sibi invicem, omnes corpori inserviunt universo, summam providentiam, manifestius adhuc declarant.

XIV.

Deinde sensus respondent rebus sensibilibus in mundo, & contra, & ob id unum alterius caussâ est, quod non est sine caussâ, vel fortunæ opus, sed providentiam evidenter demonstrat, & unum sensuum, & sensibilium opificem Deum.

XV.

Oratio etiam homini data, illum non sibi, sed mutuæ conversationi & societati natum, & quidem alterius caussâ per certam providentiam denotat.

XVI.

Denique multa sentimus intelligibilia, tum in alijs, tum in nobis ipsis nostroque intellectu, quæ intelligere homines non possumus. Vnde consequitur alium esse summum intellectum, qui hæc omnia fecerit, & absolutissimè cognoscat, quorum effector & conditor homo sibi ipsi prorsus esse non potuit.

XVII.

Quid quod nulla gens tam fera & barbara quæ non Deum aliquem coluerit, vel colat, & licet quem & qualem ignoraverit, aliquem tamen colendum, censuerit.

XVIII.

Qui contra senserunt & sentiunt, vel falsos gentium Deos irriserunt, vel voluptatibus sepulti, vel sceleribus in furorem dati, & obbrutescentes hominem exuerunt. Qui tamen vel in summis periculis, vel in mortis agone ad se redeunt, Deumq; antea negatum agnoscunt & confitentur.

Denia;

XXIX.

Deniq; opinio de Deo homini adeo propria,
adeo naturalis est, ut rationem citius, quam Deum
ex mente quispiam possit evellere.



AXIOMATA, Thesum harum principia, CORONIDIS LOCO EXAMINANDA.

1. *Quidquid movetur ab alio movetur.*
2. *Primus motor est immobilis.*
3. *Quidquid ex se est, est eternum.*
4. *Nihil ex se oritur.*


ANSEL

5. *Nihil & aliquid infinito spatio distant.*
6. *Nihil sit & in certo ordine conservatur sine causa.*
7. *Casus & fortuna in mundo verè non est.*
8. *AEternitas ex tempore accumulato fieri nequit, & prius ac posterius non agnoscit.*



COMEDIA
IN





ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipfam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
a, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-